



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

Ecclesiae loquitur Christus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

anchora. Hæc sit nobis in corde, in ore, in omni
uita: Hanc penitus spiciamus, hanc loquamur, hæc
exprimamus, &c.

Ecclesiæ loquitur Stadiodro-
mus, Christus, multis modis.

Certum est eternã esse pacem, inter amas-
sibilem Nymphum & huius dilectam spon-
sam ecclesiam, nunquam dissentiunt, nunc
enim laudat *Αἰὼς ἄγιος* (cuius cœlum thronus
est, & cuius scabellum terra est, inquit Aus-
gusti. de sermo. do. in mont. lib. 1. cap. 31. &c.)
genas sponsæ, labra, oculos, collum, totũq; adeo
corpus usq; ad capitis uerticem, nunc sororem,
nunc sponsam, nunc amicam, nunc unicam uocat:
Canti. 2. columbellam blandissima omnium ap-
pellatione compellat: monet huius in gremio &
sinu alumnos, ut obliuioni tradant patronos pe-
nates, Psalm. 44. uocat ad se, Matth. 11. uocat
ab omni idololatria, Ioan. 8. ut uerbum audiant,
Matth. 17. ut uerbum custodiant in hac naui, Io-
an. 8. ut uestigijs suis insistant, & bonis operibus
studeant, Matth. 5. Luc. 1. ut ingenium Spiritus
sancti, per quem renati sunt referant, Ioann. 3.
Collo. 3. 1. Petr. 1. Breuiter monet & uocat do-

F 5 minus

Vocatur
multipha-
riam.

minus Deus, qui de nube tonat inquit Sedulius, suos in ecclesia uarijs medijs & modis: per praedicationes: per beneficij largitionem, per inspirationes, per flagella, &c. de quibus omnibus in prouerbiorum libro cap. 1. Dominus Vocauit, inquit, & renuistis: extendi manum meam & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne cōsiliū meum, & increpationes meas neglexistis, &c. Et Hierem. 7. Misi ad eos omnes seruos meos, prophetas per diem, consurgens diluculo, & mit-tens. Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem suam, sed indurauerunt ceruicem suam, & peius operati sunt, quā patres eorum, &c. Sed quae nam causa tantae induratiōis? parabola Euāgelica, Luc. 14. Gordij nodum soluit. Et alio in loco idem dominus dissoluit, Hosea 15. Perditio tua ex te Israel. Quid ultra debuit facere & γέντρος ille saluator: Et Thamim. i. perfectus, quod non fecit? Esai. 5. Audi ergo dominum, crede, charitatem exerce, spera in eo sperantes in domino misericordia circundabit, &c.

Hoc est,
angelus te-
stamenti,
Malach, 3.

Quomodo Maleach Ha Berith,
Christus, sit in medio ecclesiae.

Dixit